Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

ANNI 1666. 16. Martii.

1666

Visual Library

EXTRAORDINARIÆ RELATIONES

ANNI 1666. 16. Martii.

Ex Candia, [illegible] Februarii.

T[illegible] Urcæ, [illegible] copias, ut tandem aliquando urbem Candiam obſidione liberare valeant; quæ niſi [illegible] tempore advenerit, Ca[illegible] nea intercipietur. Conſtantinopoli [illegible] in conſilio tam [illegible] cordiæ invaluerunt, ſuper ea propoſitâ deliberatione, an adverſus Romanorum Imperatorem, collecto ſub prætextu, nova expeditio aut in Dalmatiam eſſet ſuſcipienda: quidam Baſſæ prius ſvadebant, alii poſterius, tantâ quidem contentione, ut indubie purpurati iſti ad arma confluxiſſent, & controverſiam hanc corutam acinace, velut alterum nodum Gordium decidiſſent, niſi Imperatoris Ottomannici intercesſiſſet authoritas.

Ex Dalmatia, 11. Februarii.

EX Candia ſcriptæ litteræ docent, quod Turcæ intenderint veterem civitatem Candiam improviſ obruere, quorum mature [illegible] conſilio Chriſti[illegible] præparatis, & [illegible] Turcæ [illegible] ſuo [illegible] pulvere, ſuccenſis, [illegible] Turcarum [illegible] abierunt, [illegible] partis ingentem numerum contrucidarunt. C[illegible] vaſtiſſimæ Ægyptiæ, & Orbis [illegible] Ottomannicæ aulæ rebellis civitatem di[illegible] expugnavit.

Oliſſipone, 12. Februarii.

ANdum [illegible] pace s inter nos, & Hiſpanos uterque exercitus in hibernis ſuis mutuo nunc conquieſcit. Anglicanæ naves bellicæ ſub ductu Nobiliſſimi D. Smitzii mare Mediterraneum victorioſé peterant, ac præcipue angiſtias freti Herculei (Eſtrecho di Gibraltar) inſident, Gallicas, Batavicaſque naves in portubus terent, & navigatione prohibent: ad ſitamque faucibus maris Herculei prim[illegible] occurrentem è ſinu Gaditano navigantibus urbem Ten[illegible] anam Regni Feſſæ neceſſariis omnibus abunde ſurſum inſtruxerunt: Turcarum piraticæ frequentes pariter alto meatent, ſed raras prædas reportant, quoniam præter Anglicanas vix aliæ ullæ apparent in gurgite vaſto.

Neapoli, 18. Februarii.

RUmor increbuit, quod Prorex noſter Cardinalis de Arragonia ineunte proximo Majo in Hiſpanias pri[illegible] abiturus hinc ſit, quando ſtatim ejus frater Petrus de Arragonia Prorex noſter declarabitur. Ignivomus urbi proximus mons Veſuvius nuper rurſum plurimi fumi, ac vaporum, cum graveolenti mephiti exhalavit, magnâ harum regionum pernicie. Proſcripti vix ulli amplius hic in Regno, atque etiam in montibus reperiuntur, unde nunc magna viarum ſecuritas. Navigium ex Calabria hunc in portum compulſum attulit nuntium, quod tres Turcarum naves multo milite inſtructæ Calabriam tenuerint, & plurimos mortales in perpetuam ſervitutem ſecum abſtraxerint: quapropter indubiè poſt paucos dies militares aliquot naves hinc iſtuc mittentur, quæ Turcicos piratas eâ ab Inſulâ prohibeant.

Matrito, 21. Februarii.

[illegible] Nuptiarum articuli, qui adhuc latent aliqui, pactarum [illegible] inter, & Luſitanos in apricum mox prodibunt. [illegible] in [illegible] ad Belgium Hiſpanicum potiſſimum [illegible] mandationum. Fama eſt, quod Ducis Avenionii relicta vidua (quæ nuper huc advenit) Comiti de Mirandula deſponſanda [illegible].

Gedano, 1. Martii.

VArſovia habemus, quod tractetur de pace Polonos inter, & Moſcos concilianda, Commiſſarii ad hoſce tractatus deputandi utrinque non niſi 100. pedites, & 50. equites ſecum ducent, & in proximis conventionis locis collocabunt. Moſci vero inter alia hoc ſibi imprimis indulgeri poſtularunt, ut Naſſokineus Dunenburgam libere adire, & exire poſſit: ideo forte illis ut tali ſub pallio Dunenburgenſi huic munitioni ad extrema ferme à Polonis redactæ neceſſaria commeatus, & apparatus bellici importentur. Fama eſt conſtans etiam, quod Moſcoviæ Dux 4000. [illegible] Generali ſuo Chovanſko pro ſupplemento miſerit, quibus conſummato [illegible] numinum Dunenburgenſe obſidione [illegible] [illegible] in Poloni magna cura [illegible] Moſcovi[illegible] præverterent. [illegible] Moſcovia [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible], [illegible] Regni [illegible] colliget, & [illegible] [illegible] in ſuo Duci renuntiet.

Vienna, 3 Martii.

LApſa nuper Sabbato, ac ſero quidem ad Comitem Leſſlium Albam Græcam miſſus curſor huc rediit, comitatus uno minori Ordinum Præfecto præſidii Albæ Regalenſis (Stul Weiſſenburg) & tribus aliis Turcis: adſerens quod Imperatorium legatum Comitem Leſſelium ex Turcia reducem Budanus Præfectus parat magnifice accipere & ſollicite exſpectant eius adventum lapſo proximæ Lunæ, eique 60. Chriſtianos captivos cæruleis omnes recens veſtitos condonare ſtatuerit: [illegible] memorabat ille Budam non adventurum eſſe prius Comitem Leſſlium quam hodierna, aut craſtina: Turcarum Legatus viciſſim in abitum ſe parat, cui diſceſſus [illegible] labentis fertur eſſe indictus. Idem curſor memorat, quod Albæ Græcæ inter Iudæos ingens fama percrebuerit de ipſorum Meſſiâ, & magno prophetâ Nathan Levi, affirmans, quod eidem Turcarum Imperator Regnum Hieroſolomytanum ſit redditurus: hanc ob iactatam famam Præfectus Albæ Græcæ Iudæos acciſit, iiſque probrum hoc in Ottomannicam aulam effuſum exprobrans mulctam impoſuit ſex millium thalerorum Imperialium ſimilis proportionaliter pœna irrogabitur Iudæis Budanis, Albæ Regalenſibus, aliiſque in oris degentibus: Turcæ ſummâ curâ advigilant ad machinationes Iudæorum metuentes, ne undique pari ſeditione exardeſcant. Inſtituuntur hic porrò delectus ſupplementorum, & novarum Legionum: pars copiarum à Comite Palatino Sulsbacenſi in Mediolanum ducetur: alia verò per Marchionem Badenſem in Belgium Hiſpanienſe. Noſter Legatus ubi ad nos redierit, & Turcicus ad ſuos reverſus fuerit comitia Ungarica habebuntur. Speramus Comitem Ballaſſium Imbretium interceſſione plurium magnatum in gratiam Cæſaris denique reducendum eſſe. Bibliotheca Regia Ungariæ Budâ huc brevi tranſportabitur. Nuntiato nunc obitu Reginæ Galliæ huc per Regem Franciæ, eius exe-

9

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

DFG

quæ ſollemniter peragentur h- in templo Patrum Auguſtinianorum. Præſentis primâ Comes Diederichſteinius cum viduâ Comite de Collaldo Principis Conzagi filiâ matrimonium contraxit. Imperator, qui nuper circa Laxenburgum cornicum aucupio ſe oblectarat aliquantò deterius valens huc redierat, nunc verò ſint ſuperis grates optimè habet, & pauciſſimis diebus interpoſitis aures commodabit diſceſſuro mox Ottomannico Ablegato.

Londino, 5. Martii.

Regni ſenatus præſentis ſecundâ huc convenerat quidem, verum Regis juſſu diſſipatum denuò, & in tertiam Maji dilatum fuit, ob abſentiam Archiepiſcopi Cantuarienſis, & aliorum cum Eccleſiaſticorum, tum ſæcularium. Peſtiferum contagium adeò nunc remiſit hic, ut ſuperiori ſeptimanâ 69. Peſtis conſumpſerit. [illegible] quæ narrant, quod [illegible] militibus, & 17. [illegible] [illegible]arias Gaditanum ſinum penetra[illegible]erit, & unicum nonniſi navigium in portum Gaditanum immiſerit, & in continentem exponi curarit D. Patricium, qui hàc in aulâ Regis Hiſpaniarum Orator fuerat. Ad Tengerſiam alteram ille claſſem ad ſe recipiet univerſum mare mediterraneum habiturus infeſtum. Prope Faron am intercepit ille unam Hollandicam Gades inter, & S. Lucæ Gallicanam unam navim. Rex ipſemet tertiò quavis ſeptimanâ claſſem ſuiſmet oculis accuratius arbitratur, & operas promovet. Decimâ Aprilis paratiſſimam totam fore nihil dubitamus, & quamprimum vela facturam eſſe. Comes Sandvichius ſecundo proximo vento in Hiſpanias navigabit. Princeps Robertus ad navigationem ſe ſtrenuè pariter parat, toti Anglicanæ claſſi imperaturus. Regia mater ex Galliis redux iter ingreſſa huc tendens jam eſſe dicitur. Sponſalia inter Regem Luſitaniæ, & Principem Aumalenam ſunt concluſæ. Rex no[illegible] commeatuum litteras dedit pro octo Gallicanis navibus Principem hanc ſponſam Rupellâ Oliſiponem deducturis. Vice-Præfectus maris noſtri M[illegible] [illegible]am ſolvit, quidam cenſent [illegible] vela conv[illegible] [illegible]ſtum [illegible] erò, quod [illegible] andos ve[illegible]

Pariſiis, 6. Martii.

Rex noſter Regi Danorum, alterius (ut [illegible]) [illegible]cipi prolixas egit gratias, quod ſtatuerint [illegible] contra quoſcunque totis viribus opem ferre. Anglorum Legatus [illegible] Holliſius adhuc quidem hàc in urbe commoratur, verum circa finem hujus menſis è Galliis tranſnavigabit in Britanniam ſuam. Maximi apparatus bellici terrâ, marique hic fiunt. Educet hæc corona Galliarum 50. minimum grandiores inſtructiſſimas bellicas.

Oſnaburgo, 8. Martii.

Lunæburgenſes copiæ bellicæ paulatim hinc movent, idcircò quod adventanti Sveco parum fidant, & medii hoſce inter, Monaſterienſes ab alterutris forte in ſe irrupturis opprimi facilè poſſint, conſultius propterea duxerunt eſſe propius ſe Hollandis iungere.

Ratiſbona, 8. Martii.

Archiepiſcopus Salisburgenſis Imperatoris Romani hiſce in comitiis plenâ cum poteſtate præſidens magnâ ſapientiâ, & ſollicitudine Imperii negotia tractat ſingulos ordines clementer, & officioſè habet, ac nuper omnium ordinum Imperii legatos cum ſuis, totâque Nobilitate opiparis dapibus excepit, lauteque, ac benevolè [illegible]os, pacificè dimiſit.

Groninga, 8. Martii.

Quoniam Generalis exercitus Monaſterienſis Dux Gorgaſius aliquot millibus equitum has in oras movet, ex vicinis undiquaque præſidiis aliquot turmæ militares ſunt eductæ, quæ machinationibus, & conſiliis Monaſterienſium antevertant; veruntamen à victorioſo milite malè noſtris hiſce turmis formidamus, parem fortaſſis fortunam cum ſuperioribus noſtris copiis experturis In arce Schullenburganâ (quam hoſtis poſt captam Veenam Friſicam ſui juris fecit) 160. armatos cum Vicario militari Sonderzonnio cepit, ſecūque in vincula abſtraxit.

Grolla, 10. Martii.

Poſteaquam Monaſterienſis miles Veenam Friſiæ captam circum munitionibus ſuis exuit ejuſque mœnia, cum vallo, aggeribus, & vallis ſolo æquavit, omneſque in eâ captos ſecum abduxit, in hoſpitia ſua rurſum conceſſerunt, verum limites noſtros, circumquaque ita inſiderunt, ut undique noſtris cervicibus rapaces harpyæ immineant. Generalis Gorgaſius in noſtras regiones rurſum minitabundus duxit: væ miſeris, in quos ipſe invectus fuerit.

Daventria, 11. Martii.

Nuper hâc in urbe diſcordia noſtros inter, & Gallos coorta, mox quidem fuit compoſita; paucis tantum & in tumultu deſideratis, verum Galli perquam adhuc infenſi ſunt noſtro Gubernatori: non abſimiles multum ſeditiones Embricam pervaſerunt; quoniam verò de his omnibus certiores redditi ſunt Status noſtri in Haga Comitis nunc collecti opportunum remedium indubiè huic malo medendo, brevi applicabitur.

Hagâ Comitis 11. Martii.

Federati Ordines aſſiduò hic ſtudioſè conſultant de neceſſariis belli terrâ, marique diligentiſſimè, & tempeſtivè procurandis. Princeps Mauritius in abitum ſe parat, qui primis diebus unà cum unitis Statibus convivio excipietur à Danorum Legato Clingenbergio. Ductores claſſiariorum frequentes huc vocati conveniunt, aderunt quoque brevi bellici navales ſenatores, quibus præſentibus communi conſilio ſtatuetur de ratione belli navalis contra Anglos reſtaurandi, promovendique. Heri fœderis articuli cum Electore Brandenburgico initi ſubſcripti, & approbati eſſe dicuntur, Electoris adminiſtris hic præſentibus Blaſpil, & Heidecamp pro ſumptibus collecti pro hâc Republicâ militis ingens vis paratæ monetæ numerabitur. Multæ quoque pecuniæ in Daniam mittentur, quibus Daniæ Rex copias ſcribat bellicas pro tutandis contra hoſtem Daniæ, & Nor[illegible] finibus, & naves ſtruat, armetque pro tutando [illegible] Anglos Codano [illegible]nu. Quid Sveci denique ſtatuturi ſint, quid modò moliantur introſpicere nobis nondum licuit. Fama eſt, quod [illegible]omes de Waldeck Gron[illegible] cum aliquot per hoſce [illegible]tus deputatis coram con[illegible]rit, ac poſtmodum Embdâ [illegible]ltenburgo, in Lunæburgum [illegible]tenderit, quæ profectio ſi verè ita accidit in ſecretiori[illegible] diſſimo fuerit ſervata: non dubitamus cum eo [illegible] eſſe, ut Lunæburgenſes turmæ, & copiæ pro nobis per Lunæburgenſes, Brunſvvicenſes, vicinoſque tractus noſtro ære ſcriptæ, quæ omnes imperii dicti Comitis audientes ſunt, in unum mox cogendæ, & Brandeburgico militi ſociandæ ſint ac tum exercitu 24000. armatorum conflato magnis viribus, animiſque Epiſcopum Monaſterienſem appugnandum eſſe.

Amſtelodamo, 11. Martii.

Vlienſem ſinum tenuit recens Montibus Norvegiæ redux navigium, quod eminus tranſierat 18. Anglicanas rates bellicas, quæ alto innatant Sancias inter, & Albas aquas. Accipimus quod ad oſtium Albis, & circa Norvegiam multæ naves vela facere paratæ in Angliam, Hollandiam, Franciam, & alia loca plura: verum alto ſe credere metu hoſtium non audent. E Texelâ noſtrarum navium bellicarum pars ſoluta vela fecit, in quas plagas, neſcimus. Varii ſermones iactantur de pace nos inter, & hoſtes noſtros componendâ, verum gerris ſiculis vaniores: liquidam nullam adhuc anſam reperimus initiorum ejus prebendendorum. Apparatus claſſicus hic porrò fervet, aliiſque in locis, impenſè deſideramus adventum earum navium, quæ Hamburgo huc adducentur. Circumſertur hic conſtanti famâ, quod proximo vere tres naves Amſtelodamo, duæ ex Zelandiâ una ex Moſâ, duæ ex plagis Septentrionalibus in Orientalem Indiam enavigaturæ ſint. Tres rates bellicæ Provinciales, quæ vicinum Oſtendæ mare inerrarunt, huc ſunt redactæ. Aliæ viciſſim ſolvuntur. Ordinum ductores ad claſſem vocantur in hoſtes mox movendam.

Cölln bey Herrn Andreas Bingen vor den Minnenbrüdern im Loreet/wird zum zweyten mahl der vermehrter Hoffmäſſiger Cantzeliſt oder New-gekrönte gülderne Feder außgegeben/

Imprimebat Petrus Hilden.

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen
DFG